



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

§. 1. Ex qua opinione Confassarius pœnitentem absolvet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

deo: Confessor, ne sigillum frangat, debet petere veniam à penitente loquendi cum ipso de re ipsi penitenti necessaria ad salutem, atque ad ejusdem Sacramentalem Confessionem præteritam pertinentem: Si penitens concedat; jam tunc Confessor admonet: si negat, ad nihil aliud tenetur: quia jam factus est suo munere, quantum potuit. Si penitens redeat ad Confessionem, re in hac debere illum monere de defectu prioris, puto, quia non adest ille rubor: & ita ob aliam rationem minus universalem notat Delugo l. c. n. 77. ita Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 6. num. 3. contra Suarium disp. 33. de pen. sect. 5. dicentem posse adhuc & debere admonitionem prosequi: quia talis locutio est pars Confessionis præteritæ.

CAPVT IX.

Aliqua pertinentia ad Confessarium antequam absolvat.

IN unum redigimus quædam, quæ supersunt, quæque superius meliorem locum, quam hunc obtinere non potuisse visa sunt.

§. I. Ex qua opinione Confessarius Penitentem absolvat.

1. **P**otest, immo debet Confessarius sequi opinionem probabilem penitentis, contra propriam sententiam sive probabilem, sive probabiliorum. Ita Suarez de pen. disp. 32. sect. 5. Sanchez lib. 1. in Dec. cap. 9. n. 28. & 29. aliiq; Castrop. tom. 1. disp. 2. de conscient. opin. p. 5. n. 3. Ratio est, quia tunc penitens est rectè dispositus: dum enim sequi paratus est opinionem probabilem; jam vult ab omni peccato discedere: & quamvis in rebus humanis, sive iudex, sive Medicus deberet opinionem probabiliorum sequi, de qua re nobis nunc agendum non est; tamen Confessario, qui non alio modo est iudex, & Medicus, nisi ut anima penitentis iustificetur; satis erit si penitens rectè ad prædictam justificationem dispositus appareat: id quod satis habetur sequendo opinionem probabilem.

2. Petes: Debetne id sub mortali? Respondeo, Ita cum Delugo disp. 22. sect. 1. num. 48. Et quidem Confessarius proprius, id est Parochus, debet toties quoties ad se recurrerit penitens, eum absolvere, & sequi penitentis opinionem probabili conformare: delegatus vero, id est non proprius, licet audita Confessione, pro ea vice idem debeat; tamen potest eum monere, ne iterum redeat, nisi eam opinionem deponat. Ratio diversitatis est ducenda ex obligatione, quam habet Parochus pro suis ovibus audiendis, à qua non urgetur delegatus. Obligamus autem delegatum pro ea vice: quia quando Confessarius quicumque audit Confessionem; ex suppositione, quod audit, obligatur sub mortali conformare se opinioni probabili, quia tunc penitens, cum sit rectè dispositus, habet jus absolutionis: ne iterum cogatur sua scelera alteri manifestare.

3. Non est tamen negandum, excusari nonnunquam propter levitatem materiæ, ejusmodi Confessarium: ut si Confessio fuisset de peccatis venialibus, aut ita brevis, aut de tali materia; ut eius repetitio apud alium Confessarium grave onus minimè censeatur. Sic Suar. cit. num. 2. Sanchez cit. num. 29. Imò Montefinus & alii apud Delugo disp. 22. cit. sect. 2. num. 48. (nec reprobat ipse Delugo: siquidem contrarium solum vocat verius) in hoc Confessario delegato nunquam talem obligationem mortalem agnoscant: quia talis Confessarius volendo audire penitentis peccata, non vult cedere iuri suo, quo liber est, ut possit suam operando opinionem sequi.

4. Petes iterum: quando Confessarius potest, vel

debet conformare se opinioni penitentis probabiliorum esse in se probabilis opinio, an satis est, ut probabilior appareat probabilis, quamvis in se talis non sit? Respondeo: debet esse talis in se, sive probabilior, per rationes intrinsecas, sive per auctoritatem extrinsecas. Auctoritate juxta ea, quæ dicuntur à Doctoribus de hac materia. Si ergo opinio penitentis probabilior habeatur, sed solum ipsi penitenti appareat probabilis: v. g. appareat probabilis talis tractum non esse usurarium; diligens sit Confessarius in examine sententiæ, an forte sit probabilior, rem extinscendæ propter auctoritatem aliquam, & si inveniatur esse talem; illi se conformet. Sic Delugo cit. à num. 45. secus illa opinio penitentis, quæ sit nisi falsa & erronea: unde cum ejusmodi penitentem se geret, sicuti se gereret cum culpabiliter, vel probabiliter ignorante: de quo nos satis diximus supra lib. cap. 4. hæc tamen declarata doctrina, quando rationem adhibet Delugo lib. 1. Resp. mor. dub. 11. rito enim ait, non obligari Confessarium sequi opinionem penitentis, quando opinio se tenet ex parte Confessarii, ut si sit probabilis, ipsum, posse, & non negare Absolutionem: id quod ego iterum notavi Sanchez d. 44. n. 10. quando egi de penit. lib. 3. cap. 1. num. 39.

§. II. An Confessarius sciens Penitentem non factum, quod commisit, possit illum absolvere.

5. **Q**uid faciat Confessor, quando advertit penitentem aliquod peccatum commisisse, & neque ex se, neque interrogatus confiteri? Dico: si evidenter, quod commiserit, & item evidenter non alteri confessus non sit, absolvere non potest: quia ipsi tunc constat ejusmodi penitentem non esse dispositum. Sic Suarez de pen. disp. 32. sect. 3. n. 9. Sanchez lib. 6. de 2. precept. Eccl. cap. 4. n. 38.

6. Dixi (si scit evidenter:) si enim dubitat, dubitat an penitens licet neget; potest absolvere: quilibet debet præsumi bonus, atque adeo rectè dispositus nisi contrarium clare constet. Quoniam igitur evidentia rarissima est, ut scilicet item contingere possit, penitens habeat tacendi causam rationabilem, & alibi dicta, ad evitandum, verbi gratia suum, vel alius damnum: vel habeat aliquam probabilem opinionem pro se, suæque actione; ideo, regulariter videtur solvendus.

7. Quid, si Confessarius ex aliorum Confessione vidit, v. g. Petrum tale crimen commisisse, nec esse confessum: ipse autem interrogatus negat; habendane creditur aliis, an Petro? Respondeo: Petro potius, quam aliis: in hoc judicio penitens est reus, testis, & accusator: quisque est credendum in hoc foro penitenti in sua conscientia quam aliis in aliena.

8. Sed quid si Confessor advertit penitentem peccatum, quod clare commisit; obligaturne interrogare? Respondeo: obligatur, si advertit tale silentium cum malo examine: quia debet penitentem indispotum rectam dispositionem adjuvare: imò etiam si incipit penitens omittere: quia Confessario etiam incipit cognoscere plenè statum Rei, illiunque rectè debet antequam absolvat. Quomodo autem, & qua præcedat interrogare debeat penitentem de peccatis ab ipso commissis, jam subdo.

§. III. Quæ ratione Confessor, antequam absolvat Penitentem interrogare debeat.

9. **H**æc animadversio supra, cum de integritate Confessionis actum est, suum germanum rationem locum poterat: Verum nec ab hoc loco, in qua deranti patebit, aliena prorsus est. Quare de illa alio ex Delugo disp. 16. de penit. sect. 14. num. 89. qui